

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CLXXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

liter & complete, ita quod dictum monasterium aut personas ibidem degentes pro detencione earundem villarum nunquam molestabimus, seu in Judicium trahemus coram quovis ecclesiastico Judice vel ciuili. Renunciantes simpliciter omni actioni, per quam prefatum monasterium in possessione supra dictarum villarum possit aliquo modo impediri. Datum anno Domini M. CC. XC. VI. feria quinta proxima ante festum beati Johannis Bapstise.

||  
(L. S.)



CLXXXVII.

AGNES MARCHIONISSA BADENSIS UXOR HERMANNI VII. FILIUM SUUM FRIDERICUM VILLAM LANGENSTEINBACH MONASTERIO ALBÆ DOMINORUM CONSENSU SUO VENDIDISSE TESTATUR.

ANNO MCCXCVI.

*Ex autographo Bada - Durlacensi.*

Nos AGNES Dei gratia, *Marchionissa Senior de Baden*, tenore prefencium publice profiteamur, quod filius noster *Fridericus* Villam *Langensteinbach* cum attinenciis uniuersis de nostro consilio & voluntate vendidit claustro monachorum de Alba Cyterciensis ordinis, Spirensis

---

dyoecesis pro quingentis quinquaginta libris Hallensium, quam pecuniam in usus suos necessarios & fratrum suorum integraliter conuertebat, verum quia predicti *fratres sui Rudolfus & Hermannus* nondum annos discretionis attigerant & idcirco predictam Villam non poterant resignare, vnde nos eandem vendicionem & ratificacionem approbantes promittimus bona fide & nos ac nostra presentibus obligamus, quod bona nostra in *Bilslein*, ac omnia alia, que in nostra habemus potestate, nunquam de manibus resignabimus, nec resignari permittemus, predictis filiis nostris R. & H. nec cuiquam homini, nisi cum prefati filii nostri ad annos discretionis peruenerint & prescriptam vendicionem litteris & sigillis ratificent & confirmant. In cuius rei euidenciam & robur sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M.CC.XC.VI. feria secunda post festum Philippi & Jacobi Apostolorum.

---

Nota. Sigillum representat Agnum Dei cum labaro; anteriori Agni humero affixum est scutum Badense. Titulus sigilli est: *S. Agnes. D. iungen Margrevine Von. Bads.*

---